



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118510

§. 91. Decreta circa Synodi ritus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

Sæc. XVI. „ci posset., Postea cum eodem Legato de
A.C. 1545. inchoando Concilio actum fuit, præcipue
 cum jamjam decem Episcopi Tridentum
 venissent, hinc Pontificis mandatum illis
 exponendum Legati censebant, de die au-
 tem, quem Papa Synodi initio præfixit, ni-
 hil decernebant: Rebus igitur ita dispo-
 sitis habebatur Congregatio, in qua Præla-
 tis expositum fuit mandatum de inchoan-
 da Synodo, simulque eisdem significa-
 tum, quod dies primum esset definienda,
 postquam Farnesius Cardinalis hac super
 re cum Cæsare egisset. Placuit cunctis
 hoc consilium, unde Pontifex Legatis suis
 Diploma suspensionis, ut ipsi petierant,
 transmisit, nec non ipsorum prudentiae
 Synodus absque novis mandatis auspi-
 candi libertatem commisit, quamprimum
 ipsis per Farnesium Cardinalem suum ne-
 potem innotuerit, quæ hac in re Cæsaris
 sententia esset.

§. XCI.

Decreta circa Synodi ritus.

In eadem Congregatione agebatur de
 quibusdam ritibus, quos in Synodo ob-
 servari oportet, ac præprimis statutum,
 quod *tres illi Cardinales Legati, quamvis ex*
distinctis essent Ordinibus, unus scilicet Episco-
pus, alter Presbyter, & tertius Diaconus, iis-
dem tamen vestibus ornati comparerent, cum
eos muneris auctoritatisque similitudo jungs-
ret, postea fuit decretum, ut Sessionum locus in
 Ec-

Ecclesia Cathedrali aulæis exornaretur, nec Sæcul. XVI.
 non Pontifici ac Cœsari, quantumvis absentibus, A.C. 1545.
 sedes designaretur, Mendozæ vero Cœsaris Le-
 gato ceteris honoratior tribueretur locus. Tum
 etiam de loci prærogativa agebatur; Episcopi
 enim Germaniæ, cum pariter & ipse essent Im-
 perii Principes, id sibi deberi asserebant, ut non
 Episcopos modo, sed aliarum etiam nationum
 Archiepiscopos præcedant, cum id in Ordinum
 Imperii conventibus usu veniat, ac insuper Epi-
 scopi, qui non sunt Imperii Principes, non nisi
 detecto capite illos assari soleant. Hanc in rem
 recensebatur, quod anno superiori inter Eych-
 stetensem Episcopum, & Corcyrensem ac Hy-
 druntinum (*) Archiepiscopos ejusmodi con-
 tentio fuerit exorta, his addebat alii, quod in
 ipso Pontificis sacello Episcopi, si Ducum sunt
 Oratores, Archiepiscopos præcedant, eoque
 multo magis ipsis Principibus ea eminentia de-
 beatur: nec tamen visum fuit Patribus, quic-
 quam de hac controversia decidere, totumque
 hoc negotium rejiciebatur ad tempus, quo fre-
 quenter esset Patrum Senatus, atque Hispaniæ
 & Franciæ Legati adventassent, quorum sen-
 tentiæ hac super re exquiri possent.

§. XCII.

*Legatus a Synodi inchoatione a Cœ-
 sare præpeditus.*

Post-

(*) Paulus Sarpius, ex quo Continuator totum
 descripsit, habet Tarentinum, quod ab Hydrunto
 longe diversum est, Tarentum enim est Hydrun-
 tinæ Provinciæ urbs.